


bigens quin pro tua in me benevolentia, errata re-
prehendas, & commode dicta alacriter suscipias,
as, meq; ut soles, perpetuo prosequaris amore.
Vale, Viennæ ex ciuium Collegio, pridie
Calendas Martias. An. 1528.

ELEMEN

TALIS GEOMETRICI CAPVT .I.

DEFINITIONES.

1. **Punctus**, est cuius pars nulla est.
2. **Linea**, est longitudo sine latitudine. Cuius quidem extremitates sunt duo puncta.
3. **Linea recta**, est ab uno puncto ad alium breuissima extensio, in extremitates suas utruque eorum recipiens.
4. **Superficies**, est quæ longitudinem & latitudinem tantum habet. Cuius quidem termini sunt lineæ.
5. **Superficies plana**, est ab una linea ad aliã breuissima extensio, illas recipiens in suas extremitates.
6. **Angulus planus**, est duarum linearum alternus contactus, quarum expansio est super superficiem planam, applicatioq; non directa.
7. **Angulus rectilineus**, est quem cõtinent duæ



A B